



**Juris Canonici Theoria Et Praxis, Ad Forum Tam  
Sacramentale quàm contentiosum, tum Ecclesiasticum,  
tum Seculare**

**Cabassut, Jean**

**Lugduni, 1698**

Epistola A R. P. D. Paulutio Sacræ Romanæ Rotæ Auditore ad hujus Operis  
Authorem transmissa. Admodum Reverendo Patri ac Domino, Domino  
Joanni Cabassutio, Congregationis Oratorii Domini Jesu ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62355](#)



## EPISTOLA

A R. P. D. PAULUTIO Sacrae Romanæ Rotæ  
Auditore ad hujus Operis Authorem transmissa.

Admodum Reverendo Patri ac Domino, Domino  
JOANNI CABASSUTIO, Congregationis Oratorii  
Domini JESU Presbytero.



ADMODUM REVERENDE PATER AC DOMINE,

Vix prodiit summo Venetiis excepta plausu Notitia tua sacrorum  
Conciliorum, & vel solo excitatus titulo, ob quem (cum Plinio di-  
cam) sacri Juris cultor vadimonium deserat, statim eam mihi haben-  
dam censui. Legi, & opinioni Opus respondit: nihil enim reperi-  
non in ea brevitate mirandum. Suspxi Diatribarum elegantiam,  
ac planè selectam Ecclesiasticam eruditionem. Dimissâ benigno  
nutu Serenissima Reipublica Veneta sacrorum Canonum interpre-  
tatione, quam è prima Sede vespertina in Patavino Lyceo profi-  
tebar, egocante Summo Hierarcha Clemente X. veni ad Ius red-  
endum in supremo Romana Rotæ Auditorio, vixque limina attigi  
at Opus alterum à doctissimo Cabassutio vulgatum audivi. Pro con-  
tracto, mecumque delato in id nominis cultu, questrui anxie, per-  
curri avide, & pristine estimationi non modica facta est accessio;  
Theoria enim Canonici Juris junctam mirificè conspexi Praxim, ac  
cā non omisā que in florentissimo Galliarum Regno obtineat; ac  
brevitatem ubique sine dispendio, sine fuso elegantiam, sine falla-  
cia doctrinam. Indeque opportunum nactus interpretem Illustrissi-  
mum Joannem Baptistam Chiavary, Abbatem S. Maria de Regali,  
Rovà in comitatu Eminentissimi Cardinalis Hieronymi Grimaldi  
Aquas-Sextias remeantem, eidem observantia in Te mea, ac inge-  
nua estimationis delegavi officium, quod Tu sic excepisti, ut per-  
uberem

ubrem scriptoris tua reposueris usuram, quâ & propriam in me  
contestaris voluntatem, & Operum que moliris, rationem perhu-  
maniter exhibes. Gavisus sum sic in me affectum intuens Virum &  
pietate, à virtute magnum, novumque lumen accendi huic aeo  
per Operum qua adornat gravitatem & elegantiam. Laudo augen-  
dam tuam Theoriam, Praximque Canonicam aliis additamentis,  
novamque admovendam Ecclesiæ faciem per Notitiam historiarum,  
& Conciliorum selectorum, quam dare paras: nihilque non mag-  
num expecto, quod stilo tuo, & tanti Cardinalis suastione ac auspi-  
ciis vulgetur. Gratias ex animo & habeo, & reddo; humanita-  
temque illam impensè revereor, que te sic inclinat, ut & officia  
mea grata habeas, & literaria consilia tua reveles. In video bea-  
tum quo frueris otium: quod si pars ejus mihi daretur modica, Opus  
sacri Juris, quod jam satis provexi, sperarem qd culmen perduce-  
re, cuius specimen, ac lineamenta libare Tibi non audeo. At alio  
vocavit Numen, & quò vocat eundum. Tu perge feliciter, meque  
tui cultorem eximium insolubili devoitonis nexu obstrictum in  
reliquum vita habe.

Romæ iv. Idus Aprilis, MDCLXXVII.

Dom. tue admodum Rev.

Addictissimus, & ex corde Servus,

ANTONIUS PAULUTIUS.

MOAIEI LUDOVICUS DE SAINTE MARIE  
... O domine Ihesu Christe Ite in gloriam tuam. Ite in gloriam tuam. Ite in gloriam tuam.  
... APPROBATIONIS: Ihesu Christe Ite in gloriam tuam. Ite in gloriam tuam. Ite in gloriam tuam.  
... APPROBATIONIS: Ihesu Christe Ite in gloriam tuam. Ite in gloriam tuam. Ite in gloriam tuam.  
... APPROBATIONIS: Ihesu Christe Ite in gloriam tuam. Ite in gloriam tuam. Ite in gloriam tuam.  
... APPROBATIONIS: Ihesu Christe Ite in gloriam tuam. Ite in gloriam tuam. Ite in gloriam tuam.